Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



156

nisi ne fierẽt. Itaque primos seruos, quibus hoc nomẽ
in latina lingua inductum ẽ. bella fecerunt. Qui
enim homo ab homine superatur iure belli possit
occidi, quia seruatus est appellatur, inde & man
cipia quia manu capta sunt. Quae est terra gesen
uel ramesef. Vt iudaei autumant quae nunc
thebaida uocatur; Ramesef igitur pagũ arse
noiten. sicolim uocatũ putant. Quaeritur quo
modo in terra aegypti pascua pecoribus inue
nire potuissent dum tota aegypti pluuiis non
irrigatur, dum fratres ioseph ideo terrã canaan
reliquisse sedicunt, qd herbam gregibus suis
non inuenissent; perhibẽtur abeis, qui loca sci
unt, in multis aegypti paludibus potuisse pas
cua non de esse, & iam cũ fames eẽt & frumẽtorũ;
quae solent nili fluminis inundatione puenire
magis enim dicuntur paludes illę feracer pascua
gignere, quando aqua nili minus & crescere &
unde gesen uestitur in imbrem; Quid sibi uult
à tanto uiro, & tali patriarchę tam sollicita
corporis commẽdatio, ut non in terra aegypti
sepeliatur, sed in terra canaan iuxta patres suos.
In his ergo sacramẽta ubi quaerenda sunt & ad